

ELOGIA

NONNULLORUM

PIETATE, DOCTRINA ET DIGNITATE
ILLUSTRIUM VIRORUM
CONGREGATIONIS DE SOMASCA

Acta Congregationis III
(1664-1737)

EDIZIONE

a cura di

CARLO PELLEGRINI, C.R.S.

INDICE

Semenzi Giuseppe Girolamo, 18 maggio 1664	p. 1
Orgiano Luigi, 24 giugno 1665	p. 4
Gizzi Giambattista, 26 settembre 1666	p. 5
Fossa Paris Maria, 17 settembre 1668	p. 6
Castelli Nicola Camillo, 12 agosto 1668	p. 7
Salvi Girolamo, 25 luglio 1668	p. 9
Cusani Ottavio, 26 novembre 1671	p. 9
Mansi Emilio, 12 giugno 1672	p. 11
Panigati Siro Antonio, 19 novembre 1673	p. 12
Pavia Francesco Maria, 29 dicembre 1675	p. 13
Bembo Giovanni Francesco, 13 gennaio 1678	p. 14
Pozzoli Giovanni Bernardo, 17 gennaio 1678	p. 16
Pastori Francesco Maria, 26 febbraio 1679	p. 18
De Rossi Giambattista, 8 maggio 1679	p. 19
De Federici Giambattista, 1 maggio 1681	p. 20
Torniello Pietro Francesco, 12 ottobre 1681	p. 21
Capecelatro Giovanni Maria, 6 luglio 1683	p. 22
Palombara Massim. Bonaventura, 10 agosto 1683	p. 23
Alberghetti Antonio, 22 luglio 1686	p. 24
Salvetti Carlo Ferdinando, 20 novembre 1689	p. 25
Mezzabarba Giovanni Antonio, 17 agosto 1690	p. 26
Bertazzoli Grisostomo, 25 marzo 1691	p. 27
Spinola Agostino, 31 ottobre 1693	p. 28
Strata Francesco	p. 30
Tadisi Ignazio, 12 agosto 1700	p. 31
Moriconi Giovan Paolo, 22 dicembre 1701	p. 34
Savageri Luigi, 5 ottobre 1704	p. 34
Serra Costantino, 29 aprile 1705	p. 35
Lomellini Nicola, 12 maggio 1707	p. 36

**ACTA CONGREGATIONIS
VOL. III
1664 – 1737**

ELOGIA

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 104; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 88; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 158; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medi et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Faventinensis*, p. 199; M. TENTORIO, *I PP. Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova: Vescovi Somaschi nel sec. XVIII in Liguria*, Genova 1976, p. 47.

florenti adhuc aetate ad oram Ligusticam eligitur anno 1737
mense maio a Clemente XII et ecclesiam sibi creditam feliciter
regit.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 108-109; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 134; O. PALTRINIERI, *Elogio Collegio Clementino*, p. LXIII; R. RITZLER - P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, VI, Padova 1958, *Naulensis*, p. 302, *Albingaunensis*, p. 74; G. B. SEMERIA, *Storia ecclesiastica di Genova e della Liguria*, Genova 1838; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 224; M. TENTORIO, *I PP. Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova: vescovi Somaschi nel secolo XIII in Liguria*, Genova 1976, p. 47; O. M. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVI e XVII*, «Somascha», XX (1995), p. 122-123.

NICOLAUS LOMELLINI

Professus Genuae 12 maii 1707.

Nicolaus Lomellini, patritius Genuensis, ab anno 1707 professus, aliquot annis in humaniorum literarum scholis exactis, cum esset summae dexteritatis vir et egregiae indolis, in almo collegio Clementino minister pro illorum nobilium cura et educatione constituitur, et paulo post, nondum sex lustra aetatis emensus, episcopus Faventinus a Benedicto XIII renunciatur anno 1730 et laudabiliter gregem sibi commissum pacit.

JOSEPH HIERONYMUS SEMENTIUS

Professus Mediolani 18 maij 1664, moritur 1706.

Joseph Hieronymus Sementius Cremonensis, sacrae theologiae professor in universitate Ticinensi, Sacrae Catholicae Maiestatis in Mediolani dominio cronologus, orator et poeta non infimae clusus, elegantioribus formis et imaginibus ornatus, edidit librum Mediolani anno 1686, typis Caroli Antonii Malatestae, in 3° magno, cui titulus: *Il mondo creato diviso nelle sette giornate, poesie mistiche*, etc. Item: *Tutte le dottrine apprese dal Sapienzissimo Salomon per l'uso della rettorica sacra, disegno dell'opera composta*, Mediolani, per Ambrosium Ramellatum, 1689. Tanti operis manuscripta ad numerum 20 et ultra volumen servantur Mediolani in bibliotheca collegii Sancti Petri in Monteforte, in qua etiam asservantur eius *historica monumenta ad Somaschensem Congregationem pertinentia*, quae ad exactam eiusdem Congregationis historiam concinnandam collegerat, quamplures tomos impletura, sed ab apoplexia correptus, cuius infirmitatem per triennium singulari patientia toleravit, non potuit opus perficere, quorum elenchum ex litteratorum diario, ibidem eodemque cuso, hic appono:

Cronologia Emiliana, ovvero della Congregazione de' Chierici Regolari Somaschi, fondata dal venerabile Girolamo Miani, nobile Veneto, dal 1481 sino a nostri dì, ove la sua vita e la cau-

sa della sua beatificazione ampiamente si tratta.

Calendario Emiliano, overo de' Chierici Regolari Somaschi, ove a mese per mese, ed a giorno per giorno si registra quanto di notabile si trova nella sudetta fatica.

Compagni imitatori e benefattori del venerabile Girolamo Miani.

Nomenclatura Emiliana, sive nomina, cognomina, patres, elogia clericorum regularium Somaschae.

Chiese ed Oratorii de C.R.S.

Orphanotrophi e Spedali.

Seminarii e Collegi.

Accademie e Scuole.

Topographia Italiana, sive loci C.R.S., in qua de templis, aris et reliquiis, ac praecipue de cruce Iesu Christi gestantis, ut de stemmate Congregationis cum lemmate: Onus meum leve. Sic de cultu Beatae Mariae Virginis, quae de carcere Hieronymum eripuit, ac de cultu Angelorum Custodum, de quibus religio peculiaris apud Somaschenses.

Iconologia biblica venerabilis Hieronymi Aemiliani, ubi omnes figurae mysticae ponuntur, explicantur, sub quibus venerabilis Aemilianus in Sacra Scriptura a plurimis scriptoribus adumbratur.

Aemiliana, sive C.R.S., ubi venerabilis Hieronymi atque eiusdem alumnorum illustrium pietate, doctrina et dignitate cum elogiis exponuntur.

Bibliotheca Aemiliana historica et panegyrica, ubi omnes auctores, qui loquuntur de beato Hieronymo, atque de eiusdem sodalitio afferuntur.

Alia eius opera typis edita sunt: *La rosa aggionta al giglio;* item faticosorum Principi sacra, *Oda Panegyrica*, cui addita sunt alia *carmina* Mediolani per Ludovicum Montiam 1678, in 4°.

Pensiero istorico per questo ducato, ibidem per Ambrosium Ramellatum, 1693, in 12.

Origine miracolosa della celebre Madonna appresso a San Celso in Milano, già descritta da Paolo Morigia, riconosciuta ed

gliae operam navavit, quibus absolutis, humaniores litteras edocuit, vir dexteritatis non vulgaris. Praepositus semel atque iterum Romae in collegio Sanctorum Nicolai et Blasii ad Cesarinos, Azotii antistes in partibus, necnon coadiutor episcopi Alatrensis in Campania anno 1728 a Sanctissimo Benedicto XIII eligitur, cuius episcopatus possessionem pleno iure et sedem tenet ab anno 1729. Pluries a principibus Romanis ad aulam Caesaream missus ad graviora expedienda negotia, ex quibus felicibus avibus evasit dignissimus praesul, quem Deus ad longos annos Ecclesiae bono incolumem servet.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 106-107; J. Cevascus, *Breviarium historicum*, p. 130; R. RITZLER - P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi. V a pontificatu Clementis PP IX (1667) usque ad pontificatum Benedicti PP XIII (1730)*, Padova 1952, Azotiensis, p. 110, Alatrensis, p. 74; S. DE NARDI, *Sinodi diocesani Italiani. Catalogo bibliografico degli atti a stampa, 1534-1878*, «*Studi e Testi*, 207», Roma 1960, p. 402.

CONSTANTINUS SERRA

Professus Papiae 29 aprilis 1705.

Constantinus Serra, ex nobili familia, Genuensis, emenso studiorum in Congregatione curriculo, nec non litterarum humaniorum ad plures annos in nostris collegiis professor, ad graviora tamen studia aptus, cum Romae prudentiae dexteritatisque in negotiis agendis specimina iugiter dedisset, Naulensis episcopus

JOANNES PAULUS MARICONUS

Professus 22 decembris 1701.

Joannes Paulus Mariconus, Genuensis, in philosophicis theologicisque scientiis commendatissimus. Theologiam Mediolani paelegit. Cum Viennae Austriae de licentia Papae immoraretur negotiorum causa, episcopus titularis Hipponensis in partibus infidelium adligitur anno 1729, a die religiosae professionis 28, sub pontificatu sanctissimi Papae Benedicti XIII, ob eius morum suavitatem, prudentiam et dexteritatem serenissimo imperatori Carolo VI acceptus et aulae imperiali percarus, dignus qui ab omnibus commendetur.

Bibliografia: G. CEVASCO, *Somasca graduata*, p. 107; G. CEVASCO, *Breviarium historicum*, p. 96; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 165; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia Catholica medii et recentioris aevi*, V, Padova 1952, *Hippena*, p. 221.

ALOYSIUS SAVAGERIUS

Professus 5 octobris 1704.

Aloysius Savagerius Romanus, Congregationis professus factus anno 1704 die 5 octobris. Studiis philosophiae et theolo-

illustrata di varie cognizioni e di molte annotazioni tratte dal disegno istorico del padre don Giuseppe Girolamo Semenzi etc., ibidem apud eundem typographum, 1700, in 4°.

Saggio della vita del venerabile Servo di Dio Girolamo Miani, padre e fondatore de' chierici regolari della Congregazione Somasca, Tarvisii 1700, per Gaparem Pianta et socios, in 12.

Orazione funebre in morte del reverendissimo padre Giulio Mercori Cremonese, inquisitore generale di Milano; fuit ibidem impressa; et multae aliae orationes panegyricae variis in locis impressae circumferuntur et cum admiratione leguntur.

Fuit pater Sementius homo piissimus, religiosae observantiae tenacissimus, moralium virtutum amantissimus, ita ut vocalatus praemio a religione insignitus, postquam prima vice generali capitulo interfuit, statim prompte vocalatui abrenunciaverit, malens religiosa humilitate subesse, quam honore et dignitate praecellere. In familiaribus colloquis cum affabilitate et humanitate modestiam, scientiam cum argutiis et salibus copulabat. Literatorum concursus ad ejus suscipienda consilia, audiendasque doctrinas et opiniones frequentissimus erat. Copiosam bibliohecam suis proventibus ad usum suum sibi comparaverat, quae post eius obitum Monfortianam divi Petri locupletavit. Si carmina, quae sparsim edidit, uniri possent, amplissimum complectarentur volumen. Obiit Mediolani in dicto collegio die 2 aprilis 1706, circa 5 noctis horam, a professione regulari anno 42. Multa de eo Arisius, iuris utriusque doctor, quae ab incendio fatali sui Musei depopulatore absorta fuerunt. Nihilominus de eo mentionem facit in tertio tomo suaे Cremonae litteratae, iamiam edendo. Laudatur pater Sementius a doctissimis viris, et praincipue a Carolo Maria Maggio, a comite Francisco Lemene, poetis celeberrimis, et ab excellente poeta Leonardo Cominello Salodiensi in suo libro inscripto: *Poesie di Leonardo* etc., impresso Papiae 1730 apud Benedictum Rovedinum.

Bibliografia: FR. ARISI, *Cremona literata*, Parma 1741, III, p. 183 - 186; J. CEVACUS, *Breviarium historicum*, p. 132 - 133; F. ARGELATI, *Bibliotheca scriptorum medio-*

ELOGIA

lanensium, Milano 1745, p. 2155 - 2188; O. PALTRINIERI, *Vita del padre Agostino Tortora*, Roma 1803, p. 5; C. SANGIORGIO, *Storia delle due università di Pavia e di Milano*, Milano 1831; G. ALCAINI, *Introduzione alla storia della Congregazione Somasca*, «Bollettino della Congregazione di Somasca», I (1915) n. 4, p. 14 - 15; A. STOPPIGLIA, *Bibliografia di San Girolamo Emiliani con commenti e notizie sugli scrittori*, I, *Vite e compendi*, Genova 1917, p. 39 - 40; P. Giuseppe Girolamo Semenza, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 165; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, II, p. 10 - 21; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 266 - 269.

ALOYSIUS ORGIANO

Professus Vicentiae 24 iunii 1665, obiit 1729.

Aloysius Orgiano, Vicentinus, vir in nostra familia propter compositam morum gravitatem, animi pietatem atque non vulgarem in scientiis eruditionem celebris. Rethoricam, philosophiam et theologiam edocuit; monialium pluries confessarius, qua ordinarius, qua extraordinarius; item in almo collegio Clementino a confessionibus illorum nobilium. Apud episcopos propter literaturam, morumque candorem admodum commendatus. Post obita plurima et laboriosa munera, in quibus obedientiae et regularis observantiae eius zelus enituit, vicarii generalis in toto Ordine gradu vel reluctans inauguratur. Tandem in aetate annorum 83, preannunciato suo transitu, Vicentiae in collegiali domo diem ultimum clausit 19 decembris 1729. Ita ex relationibus mihi a provinciae Venetae patribus transmissis, qui ut virtutum, ita et vultus eius recordan... apud ipsos staret, imaginem tanti viri antequam decederet,

ELOGIA

praediorum proventuum, reddituumque descriptione, eorumque origine et incrementis, caeterisque omnibus scitu dignis luculenter ordinateque dispositis.

Centone istorico del Collegio di San Geroldo di Cremona: hoc opus eodem methodo, quo superius, conscriptum est.

Frammenti istorici del pio luogo degli orfani di Cremona: colliguntur in hoc codice monumenta supradicti orphano-trophii.

Consulta theologica: casuum conscientiae, fidei, iurisdictionis etc., qui fuerunt auctori propositi, resolutiones hic habentur.

Pedagogia: in hoc satis amplio volumine, in duas partes distributo, traduntur Rethorica et..., quarum utraque iterum subdividitur in duas, videlicet in theoricam, in qua praecepta, et practicam, in qua exempla et argumenta singulis praeceptis correspondentia, discipulis ad exercitationem continetur.

Carmina: liber iste complectitur Epigrammata, Elegias, Eclogas, Poemata et cuiuslibet generis alia.

Elucubrationes metametricae: figuratam poesiam, sese supra metricam erigentem, exhibit hoc volumine, in quo habentur poetici inventionis novissimae labirinthi.

Excellentia numeri ternarii: ostenditur in hoc laborioso scientificoque volumine omnes scientias et artes liberales in sanctissimo Trinitatis mysterio fundari. Earum prima principia ad numerum ter reducuntur, ita ut ipsae, saltem quoad prima fundamenta, faciliter et brevi tempore possint addisci.

Multa alia, quae scripsit, opuscola minoris momenti, quae tamen in unum volumen, si uniri excrescent, hic non enumerantur. De eo eiusque operibus neminit Franciscus Arisius suae *Cremonae literatae*.

Bibliografia: FR. ARISI, *Cremona literata*, Parma 1702, III, p. 118-120; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 145; M. TENTORIO, *Padre Evangelista Dorati c.r.s.*, Roma 1958, p. 62, 65; G. FAVA, *L'orfano-trofio di S. Geroldo dei padri Somaschi in Cremona dalle origini alla soppressione Napoleonica dei Padri Somaschi (1558-1796)*, «Biblioteca Somasca», Roma 1962, p. 150-160.

inveniatur tam praetiosa collectio. Collegorum regimini a superioribus assignatus, mirum est quantum res domesticas exanthlatis et indefessis laboribus auxerit, templorum cultum promoverit, antiqua iura recuperaverit, nova acquisierit, quamvis eodem tempore sacris concionibus, in visitandis infirmis, in audiendis confessionibus, in docendo orthodoxam doctrinam, in tradendis exercitiis spiritualibus, in assistendo oratoriis, in apostolicas missiones conficiendo, semper fuerit occupatus. In patrio solo tandem collocatus, unus fuit ex fundatoribus Coloniae Cremonensis Arcadicae. A maiori capitulo in protheologum ecclesiae cathedralis, ab Alessandro Litta episcopo in examinatorem episcopalem, a patre Eustachio Pozzi inquisitore generali in consultorem Sancti Officii fuit electus.

Composit multa opera, quae lucem expectant, quorum praecipua sunt haec:

Quaresimale: hoc auctor non potuit propter imbecillitatem pectoris recitare.

Panegirici sacri: iste tomus complectitur orationes panegyricas de Sanctissimo Sacramento, de beata Virgine et de Sanctis.

Lezioni theologiche: iste tomus continet orationes testamenti veteris expositivas et de sanctis, quas per quadriennium habuit singulis diebus dominicis post vesperas in ecclesia cathedrali.

Lezioni morali: iste tomus complectitur quinquaginta conciones de virtutibus et vitiis.

La buona morte: iste tomus continet conciones disponentes Christifideles ad bene moriendum.

Discorsi del purgatorio: iste tomus continet conciones suadentes pietatem erga animas purgatorii.

Sermoni morali: iste tomus continet sermones familiares ad christianaे vitae institutionem.

Centone istorico del Collegio di Sant'Antonio di Lugano: in hoc magno volumine continetur exacticissima historia eorum omnium quae a fundatione ad praesentem diem acciderunt una cum

fieri curarunt, cui apposita sequens inscriptio: «Pater dominus Aloysius Orgiano, clericus regularis Somascus Vicentinus, divinarum humanarumque litterarum professor eximus, moribus, habitu, exemplo regularis disciplinae acerrimus propugnator, cum diu religionis dignitatibus viriliter restitisset, tandem invitus ultimaque aetate cunctis patrum suffragiis vicarius generalis creatur anno 1724».

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 106 - 107; S. RUMOR, *Vicentini che abbracciarono l'Ordine della Congregazione Somasca*, «Rivista della Congregazione di Somasca», V (1929), p. 39; M. TENTORIO, *L'orfanotrofio di S. Maria della Misericordia in Vicenza*, «Arch. storico dei PP. Somaschi, I», Roma 1965, p. 51 - 52, 54; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 120 - 122.

JOANNES BAPTISTA GIZZIUS

Professus Romae, anno 1666, die 26 septembris, mortuus 1716.

Joannes Baptista Gizzius, Neapolitanus, examinator ecclesiasticus et theologus eminentissimi cardinalis Antonii Pignatelli, archiepiscopi Neapolitani, qui postea Innocentius XII ecclesiam totam gubernavit. Concionatorum sui temporis princeps, Panormi, Melitae, Bononiae, Genuae, Neapoli, Mediolani, Senis et alibi in primoribus harum dioecesum suggestis, et quater Romae in basilicis auditus est concionari. Vir in omni eruditione sacra, eccl-

siastica, prophana versatissimus, sacrae Congregationis Indicis consultor, in Congregatione nostra cancellarius et consiliarius, archiepiscopatum Raguseumsem, ut fertur, renuntiasse. Ad senium usque theologorum Sanctorumque patrum cultor et studiosus, nulla ei dies terriit non operosa. Octoginta supra octo annos natus, migravit e vita Neapoli, ingeniique sui monumenta reliquit, nempe *Orationes panegyricas* in duas partes distinctas Innocentio XII sacras, Romae, 1693; item *Conciones quadragesimales* Clementi XI nuncupatas, Neapoli, 1712.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 80 - 81; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 86; P. Giambattista Gizzi, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 165 - 166; A. STOPPIGLIA, *Cardinali, arcivescovi e vescovi Somaschi*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 211; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 182 - 183, 283.

PARIS MARIA FOSSA

Professus Genuae 17 septembris 1668, moritur 1720.

Paris Maria Fossa, Genuensis, ex patritio ordine, in Congregatione adscitus 17 septembris 1668. Plures praepositus Sancti Spiritus in suburbio Genuae, vocalis nostrae Congregationis, et aliquando intra numerum duodecim. In universa Italia ob quadragesimales conciones, necnon panegyres, per celebres fuit. Inter Arcades Coloniae Ligusticae adscriptus, item examinator sy-

«D.O.M.

Pater dominus Franciscus Strata C.R.S., huius seminarii rector et episcopus electus Caprularum, obiit anno 1698 aetatis suae 49 octavo idus octobris»

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 90-91; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 144; A. STOPPIGLIA, *Cardinali, Arcivescovi, Vescovi Somaschi*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 211; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 284.

IGNATIUS TADISI

Professus 12 agosto 1700.

Ignatius Tadisi, Cremonensis, solemnem professionem emisit die 12 mensis augusti anni iubilaei 1700 in ecclesia Sanctae Luciae. Post confectum studiorum curriculum humanioribus litteris operam dedit. Rethoricas institutiones nobilioribus in accademiis per decennium tradidit. Concionatoris munus a teneris annis usque ad hodiernam diem exercuit. Sublimioribus facultatibus incumbere et nobilioribus disciplinis studere numquam omisit. Studuit praecipue doctrinis subtilissimi omnisciique Caramuelis, ideo passim Caramuelista vocatus. Quapropter, in colligendis tanti doctoris voluminibus intentus, ea ex variis Italiae urbibus ad numerum quadraginta duorum in folio et quinque in quarto magnis expensis acquisivit, quibus addidit tomos aliorum auctorum, qui vel defendant, vel oppugnant Caramuelem. Praetiosissima iure merito dici potest haec parva bibliotheca, cum forte nullibi

oblatas velit occasiones paternae in te studiosaeque voluntatis declarandae. Cuius interea pignus apostolicam benedictionem fraternitati tuae peramanter impertimur. Datum Romae, apud Sanctum Petrum, sub anulo piscatoris die 20 iunii 1725, pontificatus nostri anno secundo.

Venerabili fratri Augustino episcopo Savonensi.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, III, c. 1501; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 93-95; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 137-138; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 230; R. RITZLER-P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, a pontificatu Clementis PP. IX (1667) usque ad pontificatum Benedicti PP XIII (1730), Padova 1952, *Adiacensis*, p. 68; *Saonensis*, p. 344; M. TENTORIO, I PP. Somaschi nella Parrocchia della Maddalena di Genova, *Vescovi Somaschi nel sec. XVIII in Liguria*, Genova 1976, p. 44; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 337-341.

nodalis archiepiscopi Genuensis et Sancti Officii consultor, poeta et theologus eximius, obiit 1720, in aetate 65 annorum circiter, et sepultus est Genuae in ecclesia suburbana Sancti Spiritus. Eius quadragesimales conciones, nec non et alia, asservantur manu scriptae in praedicto collegio, nisi quod occasione celeberrimae cuiusdam quaestione super casum de aperienda confessione, in qua solide et efficaciter sustinet et propugnat sigillum sacramentale in quibusdam circumstantiis, in quibus communiter videbatur secus sentiendum. Item edidit ibidem panegyrim italicum in laude divae Marthae, cui titulus: *La gran maestra evangelica*.

Bibliografia: G. F. BALDINI, *Notizie istoriche degli arcadi morti*, III, Roma 1721, p. 308 - 309; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 72; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, I, p. 63 - 64; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 113.

FRANCISCUS STRATA

Moritur 1698.

Franciscus Strata, Venetus, sacerdos eximiae dexteritatis, in nostro seminario patriarchali Venetiarum semel aque iterum rector, sub Innocentio XII Caprulensis antistes dicitur anno 1698, sed vix accepto huius electionis nuncio, fato rapitur postridie nonas octobris eiusdem anni, sepultusque est in ecclesia Sancti Cypriani de Muriano cum hac brevi epigraphe, apud Ughelli in *Italia Sacra*:

NICOLAUS CAMILLUS CASTELLI

Professus Mediolani 12 augusti 1668, moritur 1722.

Nicolaus Camillus Castelli, nobilis Mediolanensis, religiosissimae vitae sacerdos, nostrorum rituum custos diligentissimus et regularis disciplinae tenacissimus. Plures Mediolani praepositus in collegio Sanctae Mariae Secretae constitutus, bis itidem consiliarius, definitor et provincialis Lombardiae et Pedemontis

inauguratus, cum collegia provinciae suae inviseret, in parochialibus domuum nostrarum ecclesiis, occurrentibus festis per id tempus diebus, eius industria et labor versabatur in puerorum animis iuvandis, explicatione mysteriorum, necnon doctrinae totius christianaे rudimentis informandis. Dignum quidem provinciae praesidem in catechismis dominicum carmen, salutationem angelicam et symbolum fidei et alia alta voce praecinere, praeeuntem pueros sequi et quam praecationis partem ipse praefatus esset, eamdem caeteros reddere; sed dignius provincialem, neglecto gradu, recusata inservientium opera, pluribus negotiis quaqua distentum, sibi cubile sternere, cubiculum purgare, atque non raro ambulacra collegii verrere tum mortificationis exemplum, tum humilitatis exemplar. Licet florenti aetate Phaebo et Musis minime esset invisus, immo gratissimus, tamen quadriennio philosophiam, sexennio theologiam nostris tradidit, numquam professor emeritus, quia numquam, aut fere numquam, labore scholastico, sive disputationibus qua philosophicis, qua theologicis solutus, cum vixit, militavit veteranus sane, sed semper armis emeritus, ut nova pro Congregatione scientiarum lucra reportaret; corporis puritatem, mentisque candorem summo studio conservavit, exantlatis perpetuis laboribus, tandem vitam clausit Mediolani mense novembbris 1722. Conscripsit *Cursum theologicum*, qui monendum impressus asservatur in collegio Sanctae Mariae Secretae Mediolani; item *Luculentam theologicam dissertationem pro obligatione quotidiana cuiusdam missae in ecclesia Sancti Syri Alexandriae*, quae ibi asservatur manu scripta.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 159 - 160; M. TENTORIO, *Il collegio di S. Bartolomeo di Merate dei PP. Somaschi*, Genova 1976, p. 23 - 25; A. GRI-SERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 118 - 120; M. TENTORIO, *Angeli Custodi*, Genova 1992, I, p. 26.

inde domus professae de urbe et subinde almi collegii Clementini praeses, rector et praepositus eligitur, necnon viceprocurator generalis in Curia Romana assumitur; quae munera tam sancte, tam prudenter, tam religiose obivit, ut eum, in Mediolanensi sua legatione ad Carolum III Hispaniarum regem Barcinone redeuntem, cardinalis Joseph Renatus Imperialis sibi suum theologum asciverit anno 1711. Romam redux Adiacensis Ecclesiae regimen in regia Corsicae insula obtinuit a Clemente XI die 30 martii 1716, ubi post laboriosam apostolicamque dioecesis suae visitationem celeberrimum synodum anno 1719 celebravit atque promulgavit, a qua die 22 septembbris 1722 ad episcopatum Savonensem ab Innocentio XIII; immunitatis libertatisque ecclesiasticae iura propugnans dignus est, qui ob suorum meritorum dignitatem ad altiora evehatur. Ughelli in *Italia Sacra* de eo meminit. Cum autem pro Deo et Ecclesia multas molestias perpessus fuissest summa constantia, eius animi robur invictum sequentibus litteris, in forma brevis datis, Sanctissimus Dominus Papa Benedictus XIII commendavit. Videlicet: Benedictus Papa XIII. Venerabilis frater salutem et apostolicam benedictionem. Quo graviores pro ecclesiastica libertate aerumnas et acerbitates excepisti, eo luculentius animi tui fortitudo pastoralis inclaruit et episcopalis sollicitudo, qua murum opponere pro domo Dei strenue et fideliter studiasti ceteras generis et virtutis tuae laudes adaequavit. Nos autem, qui pro apostolicae servitutis officio sacrarum rerum cultum ministrorumque dignitatem tueri et vindicare debemus, non solum merito pontificiae laudationis praeconio vigilantiam tuam animique constantiam extollimus et praedicamus, sed opportunis etiam apostolicae providentiae subsidiis sollicitudini tuae obsecundare et adesse non praetermittimus. Ea itaque consilia suscepimus, quae de insigni magistratum pietate optatam fraternitati ecclesiaeque tuae tranquillitatem opera deque successum pollicentur. Neque ullam in posterum zelo et prudentiae tuae opem nostrae auctoritatis esse defuturam pro certo habeas. Deus autem, pro cuius honore nullas dimicationes et molestias reformidas, digna tibi praemia largiatur, nobisque oportunas

ELOGIA

nec comitiorum generalium votis defuit cum experimento ad res magnas capessendas, ad res arduas gerendas idoneum, expeditum et facilem noverint omnes et sint admirati. Ferrariae Bononiaeque, dum adhuc iuvenis esset, maxima nominis sui celebritate politioribus litteris floruit, in eloquentiae exercitationibus supra fidem clarus et egregius. Nunc collegii Santi Nicolai Ferrariae praepositus et praepositi generalis assistens universae Congregationis bono et commodo vivit.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 102-103; P. MELELLA, *Orazione funebre del P. Bertazzoli*, Ferrara 1748; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 54; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, III, p. 296-309; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 148-153.

AUGUSTINUS SPINULA

Professus 31 octobris 1693.

Augustinus ex nobilissima Spinularum gente, Gherardi Spinulae, Arquatae marchionis comitis filius, congregationem ingreditur anno 1693, kalendis octobris. Vel a primis adolescentiae annis eximia probitatis mentisque suae dedit specimina. Absolutis Romae studiis, sine mora philosophiae primum, sacrae deinceps theologiae lector constituitur. Porro qua mentis praestantia, qua doctrinarum firmitate polleret, neminem latuit in diatribis theologicis. Collegii Sancti Georgii Novarum in dioecesi Derthonensi,

ELOGIA

HIERONYMUS SALVIUS

Professus 25 iulii 1668.

Hieronymus Salvius, patria Romanus, nobili genere natus, in collegio Clementino educatus, Congregationi adscribitur 1668, 14 iulii, in qua graviores scientias professus, plures in collegio Sancti Blasii in Monte Citorio de Urbe et Ameriae praepositus fuit, tandem provincialis, in quibus officiis signa dedit et integritatis et prudentiae plurima. Terracinae episcopus nuncupatur a Clemente XI anno 1720, sed infulas recusavit causatus aetatem. Obiit Romae anno 1723, aetatis suae 77. Philosophiae lector dum esset, evulgavit Romae opusculum, cui titulus: *Flores philosophici*.

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 99 - 100; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p.127; O. PALTRINIERI, *Elogio Collegio Clementino*, p. LVIII; O. PALTRINIERI, *Religiosi Somaschi convittori nel Collegio Clementino nei secoli XVII e XVIII*, Girolamo Salvi, «Somascha», XX (1995), p. 112-113; P. D. Girolamo Salvi, «L'Ordine dei Chierichi Regolari Somaschi nel IV centenario della Fondazione, 1528-1928», Roma 1928, p. 211; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 285.

OCTAVIUS CUSANUS

Professus Mediolani 26 novembris 1671, moritur 1727.

Octavius Cusanus, nobilis Mediolanensis, habitum Soma-

ELOGIA

schensem suscepit 26 novembris 1671. Vir multiplici doctrina clarus, rethoricis exercitationibus operam dedit non poenitendum, sed philosophiam Novis in dominio Reipublicae Genuensis, mathesim et theologiam diu Romae cum laude professus est. Domini cardinalis de Abdua theologus, tandem, expleto procuratoris generalis in curia munere, praepositus generalis Ordinis eligitur summo omnium plausu anno 1704. De erudienda ac literis moribusque informanda nostra iuventute sollicitus, oeconomiae collegiorum administrationi non indormivit, quare Mediolani anno praedicto edidit libellum: *Pro regulandis subducendisque accepti et expensi rationibus*. Item inter coetera, quae theologice conscripsit, reliquit manu scriptum subtilissimum ac omni aevo commendabile tractatum *De actibus humanis*, qui utinam ad publicum emolumentum typis proeloque committeretur. Obiit Mediolani aetatis suae 72, a partu Virginis 1727. De eo mentionem facit Ioseph Maria Stampa c.r.s., Epigrammate centum 2, n.38, hoc venusto vaticinio:

«Delphica poscebam, Cusane, oracula quantum
te, pater, incolumem vivere fata darent?
Cum divina mihi responsum oracula reddunt:
Centum et quique annos corpore sanus aget.
Centum et quinque annos iterumque, iterumque rogabam
corpore sanus aget? Tot, Deus inquit, aget.
Sillaba prima tibi totidem, Cusane, dat annos
omnia quod supereret certa salutis habet».

Bibliografia: G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 92 - 93; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 53 - 54; F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, p. 1872 - 1873; C. PELLEGRINI, *Regolamento della Congregazione Mariana del collegio Somasco di San Zeno in Monte di Verona (seconda metà sec. XVII)*, Roma 1961, 34 p.

ELOGIA

pensione. Edidit etiam Taurini opusculum eruditissimum, cui lemma: *La difesa dell'Endemione del celebre dottor Francesco de Lemene*, sub anno 1699. Obiit Mediolani in collegio Sancti Petri Montisfortis aetatis suae circiter 34, a partu Virginis 1705, omnium moerore et reipublicae litteratorum damno.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 97-98; F. ARGELATI, *Bibliotheca Scriptorum Mediolanensium*, Milano 1745, c. 912-913, 2006; A. GRISERI, *Flo- rilegio Somasco*, II, p. 257-261.

CHRISOSTHOMUS BERTAZZOLI

Professus Ferrariae 25 martii 1691.

Chrysostomus Bertazzoli, Ferrarensis, singulari doctrina, humanitate, mansuetudine aliisque virtutibus ornatus ad vocalium ordinem gravissimo Sedis Apostolicae iudicio admotus et cooptatus, procuratoris generalis munus universae Congregationis bono obiuit, in quo quanta in promovendis et pertractandis negotiis dexteritas, quanta solertia et quanta fuerit fides neminem praeterit. Duo lustra fere in collegii Clementini de Urbe gubernio exegit, ea quidem felicitate, ut ex naturali ingenii sui consilio et prudentia omnium animos sibi devinxerit et commendationem obtinuerit. Festino tantum gradu clarissimam praepositi generalis dignitatem anno 1726, aetatis suae 54, maxima cum omnium laude consecutus est;

JOANNES ANTONIUS MEDIOBARDUS

Professus Mediolani 17 augusti 1690, moritur 1705.

Joannes Antonius Mediobardus, Mediolanensis, nobilis Taurinensis, Congregationi emissis votis adscribitur anno 1690. Ingenio usque ad invidiam felici, morumque suavitate tanta, ut et ad exornandam saeculi sui gloriam et ad demerendos omnium animos natus esse videretur. Orator praestantissimus et poeta nemini secundus. Unus ex academicis Affidatis, unus ex Errantibus et inter Arcades Vitanio Geteatico, cum in accademia publica Augustae Taurinorum geographiae lector et politiorum literarum cultor et professor esset, apud serenissimum ipsum Sabaudiae ducem Sardorumque regem Victorium Amaedeum benevolentiam aequa ac laudem non mediocrem consecutus est. Profectus in Gallias Parysiis constitit et a rege Ludovico XIV benigne exceptus et gratiis honoribusque auctus est; erga tantum regem, ut obsignatissimae venerationis suaे fidem testaretur, elogia Caesarum in nummis dispersa collegit et invictissimo principi ita accomodavit, ut res a tot imperatoribus octo prope saeculis praeclare gestae, unius imperii aetate, unius Ludovici regis moribus, vita claudantur. Opus certe novum et laboriosum, tanto tamen dignum rege, eius titulus est: *Ludovico Magno panegyricus imperatorum romanorum nummis contextus*, ex quo constat totam cum ipsis Caesaribus antiquitatem Ludovici Magni laudibus famulari. Tanto plausu et fama prodiit Parisiis anno 1703, ut quamprimum a Carolo Caesare Baudelot in senatu Parisiensi advocate in Gallicum indeque in Italicum fuerit translatus ab ipso auctore, addito ad calcem numismatum indice nec non auctorum et cimeliorum catalogo, ex quibus illa deprompsit. Eum donavit rex Ludovicus torque aureo cum bulla regia, quam eius collo propriis manibus inseruit, decreta insuper quingentorum francorum annua

EMILIUS MANSI

Professus 12 iunii 1672, mortuus 1685.

Emilius Mansi, Lucensis, Congregationis nostrae professus ab anno 1672, sanguinis nobilitate illustris quidem fuit, sed eruditorum existimatione et principum benevolentia illustrior. In concionibus usque ad senium mirifice se exercuit. Neapoli, Melitae, Romae, Genuae, Panormi, Messanae apostolatus laureas ex eximia et prope incredibili commendatione reportavit. Ut Christum lucrifaceret, omnia dignitatum munera respuit atque contempsit. Hinc praepositus in collegio Ferrarensi factus, praelationem, quam ex obedientia recusare non potuit, morte dimisit. Eius *Panegyricae orationes* in duos tomos distinctae quantocius ab obitu typis Ferrarensibus anno scilicet 1692 et 1693 evulgatae sunt, eiusque corpus requiescit in ecclesia Sancti Nicolai Ferrariae. Ex Actibus illius collegii sub anno 1686.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 94.

SYRUS ANTONIUS PANIGATI

Professus Papiae 19 novembris 1673, moritur 1705.

Syrus Antonius Panigati, Ticinensis, in Congregatione ab anno 1673 professus, ad plures annos rethoricorum interpres fuit; ab exedris ad suggesta transiit, nec paucis in locis in quadragesimalibus ieuniis concionatus est. Porro cum in arte benedicendi omnes partes expleret, nec non perspicacissiman eius facundiam, suadendique vivissimum artificium admirarent universi, ab excellentissimo regio Mediolanensi senatu in celeberrima Papiensi universitate eloquentiae lector praeficitur. Tanti viri fama, ob eius oratorias exercitationes numquam ...tura, augusto illo in lyceo personat adhuc et personabit. Centenas et ultra de laudibus eorum, qui doctorali laurea sive in pontificio, sive in caesareo iure ibidem sua aetate inaugurarunt, orationes habuit. Obstetricantibus latinis italisque musis, plurimae huius e bibliopolio Papiensi prodiere in lucem Pindaricae lucrubationes. Anno pae- dente, nempe 1704, antequam ex mortalium agone discederet, solemni funebrique panegyri Ticini regii cusa, celeberrimo vati et doctori commendatissimo Francisco de Lemene parentavit. Con- ciones suas quadragesimales et orationes panegyricas fratri suo, ex Ordine minorum de observantia, quos Reformatos seu Recol- lectos vocant, dono dedit, nec in fratribus manibus otiate sunt, cum auditus sit validis lacertis et multa cum laude evangelizare. Obiit Syrus Papiae anno 1705 die 8 augusti, non sine gravi omnium moerore et Congregationis nostrae iactura.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 109-110; C. SANGIORGIO, *Storia delle due università di Pavia e di Milano*, Milano 1831; M. TENTORIO, *Pofessori Somaschi nell' Università di Pavia*, «Per la storia dei Padri Somaschi in Como», Genova 1980, p. 24.

CAROLUS FERDINANDUS SALVETTI

Professus Venetiis 20 novembris 1689, obiit Ferrariae 1709.

Carolus Ferdinandus Salvetti, Veronensis, absolutis philosophiae ac theologiae studiis, ad concionatoris munus animun vere apostolicum addixit, quo in ministerio adeo excelluit, ut redivivum Paulum quis credidisset. Tanta fuit eius eloquentiae vis, animi ardor et corporis ad apostolatum habitudo, ut ubi concionaretur, tum ab imo audientium corde suspiria, tum ab oculis lacrymas educeret. Celebrioribus in suggestibus ecclesiastes ferventissimus vix fide dignum quot peccatorum coeno faedatos homines ad Deum reduxerit, quot ad poenitentiam a longa aetate culpis sordidatos impulerit. Romae, dum quadragesimales con- ciones in templo Sancti Laurentii ad Damasum haberet, Clemens XI, eum audiendi percupidus, quem fama loquax tot undequaque laudibus extollebat, ad se venire iussit et in pontificio sacello saltem semel concionari mandavit, ne ipse unus inter tot eius plausus sileret, vel concionatoris ignarus, vel admirationis expers. Decessit suae mortis prescius et nuntius in collegio Ferrarensi, exactis proinde antequam moreretur decem exercitorum spiritu- lium diebus, ne imparatum mors, quam praesenserat atque brevi secuturam clare predixerat, aggredieretur. Obiit igitur anno 1709, die 20 mensis ianuarii, egregiis sane suae salutis indicis, profes- sus ab anno 1689 die 20 novembris. Reliquit manu scripta, quae apud Franciscum Sanchi de Castrophanio dioecesis Patavinae as- servantur panegyricos et conciones quadragesimales. Ex libro Actorum collegii Sancti Nicolai Ferrarensis.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 126-127; P. Carlo Ferdinand- do Salvetti, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 172; A. STOPPIGLIA, *Statisti- ca dei Padri Somaschi*, I, p. 29; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 116-117.

ANTONIUS ALBERGHETTI

Professus 22 iulii 1686, moritur 1726.

Antonius Alberghetti, Ferrarensis, sacrae theologiae doctor laureatus, philosophiae primum Ferrariae, mox Venetiis, item Romae in collegio Clementino, ubi et theologiae ad plures annos cathedras sustinuit, eruditione spectabilis, sed morum candore spectabilissimus. Congregationis institutum professus anno 1686 die 22 iulii, decessit e vivis in patria aetatis annorum 55, a partu Virginis anno 1726. Edidit Ferrariae 1696 opus praenotatum *De spontanea generatione* in duas partes discretum. Item aliud *Dissertationes Philosophicae*, Romae 1708. Necnon ibidem anno 1718 opus in quinque tomos divisum, cui titulus: *Elementa Sapientiae* sub nomine Caietani Manfredi Panapisti. In primo tomo *Elementorum sapientiae* agit *De ente et numeris*, in 2° *De Deo et Angelis*, in 3° *De corpore eiusque principiis etiam geometricis*, in 4° *De affectionibus corporis*, in 5° et ultimo *De mundo et coelo*. Ita dominus Jacobus Cevaschi in *Syllabo viorum illustrium*.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 4-5; G. MAZZUCHELLI, *Gli scrittori d'Italia*, Brescia 1753, v. I, p. I, p. 282; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 197.

FRANCISCUS MARIA PAVIA

Professus Genuae 29 decembris 1675, moritur 1722.

Franciscus Maria Pavia, illustri ex stipite Genuensis, duodeviginti annos natus se Congregationi mancipavit anno 1675. Vir literatus et pius, absolutis scholasticis laboribus, totum se sanctorum disciplinis et scientiae dedit; in confessionibus excipiendis assiduus, ad ipsum nobiles utriusque sexus et ex primoribus confluabant, nec sine collegiorum nostrorum decore et emolumento. Votorum, et praecipue paupertatis, omniumque regularum zelantissimus custos, promotor et observator iugiter fuit. Novis in collegio Sancti Georgii, ubi aliquando rector et praeses, bibliothecam primus instruxit, lectissimis exemplariis et voluminibus ornavit atque ditavit, sed quod utilius domesticis pietatis exemplum, externis exemplar fuit. Provincialis factus, paullo post officio et auctoritati, contemptor sui, renunciavat, vel itidem summo inaugurandus religionis gradu, ni ei causatus adversam valedudinem intercessisset. Beata Virgo eius praecipuis in amoribus erat, in cuius honorem quotidie, praeter communia devotionis officia, tertiam rosarii partem recitabat. Habuit in Congregatione fratrem Angelum Mariam, virum aspectu et pietate venerabilem, cuius eximia in Ordinem nostrum beneficia in aevum memorabilem reddunt. Principibus Romanis charum, observantiae regularis tenacissimum, bis provincialem, ter consiliarium, pluries praepositum et in collegio Clementino de urbe repetitis vicibus rectorem, cuius aedes et edificium amplificavit et, quod dignius est, sanctissimis exemplis aedificavit. Habuit et alterum in saeculo Joannem Baptistam, in collegiata de Carignano insigni et exempla abbatem infulatum, virtutibus et opulento sacerdotio Genuae clarum, qui eam ecclesiam ad tringita annos rexit disciplinae ecclesiasticae studiosissimus. Tandem fractus laboribus et meritis

cumulatissimus, non alieno fratrum splendore, sed propriarum virtutum ornamenti decorus, Franciscus noster, mense iulii anno 1722, demigravit in coelum, ut licet coniicere aetatis suae 68, sepultusque est in patria, in ecclesia nostra Sanctae Mariae Magdalena. De eo Apollo geminus cecinit:

«Aspera Franciscum rapuit libitina sub umbras
eximiunque virum, proh dolor, urna tegit.
Quisquis dolet iusto suffusus lumina fletu
nec tanto viduum se sinit esse patre.
Ast age, dixit amor, nulli fas flere sacerdos
quod nunc invidens non lacrimeris habet»

Bibliografia: J. CEVASCUS, Breviarium historicum, p. 112; A. GRISERI, Florilegio Somasco, II, p. 113-115.

JOANNES FRANCISCUS BEMBO

Professus Venetiis 13 ianuarii 1678, obiit 1719.

Joannes Franciscus Bembo, patritius Venetus, nobilissima senatorum familia natus, egregiae indolis adolescens, abdicata saecularium honorum expectatione, religiosam vitam in nostra Congregatione professus est, in qua, cum summae innocentiae praecedentis animi dotes coniungeret, iam vocalis et Vicentini collegii praepositus, ad primas ordinis nostri dignitates florenti

MAXIMILIANUS BONAVENTURA PALUMBARA

Professus Romae 10 augusti 1693, obiit 1730.

Maximilianus Bonaventura Palumbara, ex marchionibus Romanis, divini cultus apprime studiosus et animarum ferventissimus zelator, quandoque in collegio Sancti Nicolai ad Cesarinos de urbe praeposituram administravit. Aetatem fere totam in catechizandis pueris et puellis insumpsit. Puritatis tam corporis, quam mentis nedum in se, verum et in aliis amantissimus, moribus depravatis dissolutisque feminis bellum indixit; nil magis quam vivendi licentiam horrens, plures de pravitate victorias reportavit. Non paucis annis oculorum coecitatem patientissime sustulit, contentus interno eo lumine, quo divina bonitas eum ditaverat. Obiit Romae anno 1730. Evulgavit ibidem anno 1710, ad Doctrinae Christianae emolumentum et ad catechizantium parocorum commodum, opus cui titulus: *Instruzione della vita umana, descritta negli articoli della Santa Fede*, reticito tamen suo nomine. Vide librum Actorum praefati collegii.

Bibliografia: J. CEVASCUS, Breviarium historicum, p. 108; O. PALTRINIERI, Religiosi Somaschi convittori del Collegio Clementino nei secoli XVII e XVIII, Massimiliano Palumbara, «Somascha», XX (1995), p. 114-115.

ricae orationes veterum oratorum, notis ac numismatibus et italica interpretatione, Venetiis apud Pezzanam 1719. Extrema clausit aetatis sua 56, anno 1719.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 149.

JOANNES MARIA CAPPICCIUSLATRO

Professus Romae die 6 iulii 1683.

Joannes Maria Cappicciuslatro, e Siani ducibus Neapolitanus in sedili, quod dicunt Capuanae, a sua prima adolescentia anno 1683 Congregationi nostrae nomen dedit, a qua pietatem cum severioribus hausit disciplinis. Philosophian, et primum humaniores literas Romae docuit in collegio Clementino. Neapolitano fuit illius, quod vocant, Macedoniorum prope litus maris ad Divam Luciam. Episcopus Isclanus renunciatus 22 februarii 1718, possessionem iniit suae Ecclesiae die 28 mensis martii eiusdem anni. Oves sibi creditas bonus pastor optime regit, ita ut omnes illi vere diuturnam apprecentur aetatem. Ex Ughelli *Italia sacra*.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia sacra*, VI, c. 242; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p.99; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 29; R. RITZLER - P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi, V a pontificatu Clementis PP. IX (1667) usque ad pontificatum Benedicti PP. XIII (1730)*, Padova 1952, *Isclanensis*, p. 230.

adhuc aetate designabatur. Sed ad maiorem, episcopalem scilicet, in dioecesi Bellunensi ab Innocentio XII evectus est anno 1694. Porro in pervigilio principis apostolorum, inito apostolico munere, ad omnes optimi pastoris partes manus admovit. Seminarium colere prima cura fuit, accitis ex nostra Congregatione selectis viris, praecipue Stephano Cupilli, qui, post exactum complures annos eiusdem seminarii regimen, ad Arbensem et Traguriensem infulas, demum ad Spalatensem archiepiscopatum complures annos eiusdem seminarii regimen, ad Arbensem et Traguriensem infulas, demum ad Spalatensem archiepiscopatum translatus est. Universae dioecesis, majori ex parte montanae et asperae, visitationem pluries complevit, nulla penitus recensita ecclesia, quam praesens non perlustraverit, quamvis aliquot remotiores loci et abruptae viae numquam anteactis saeculis episcopali conspectu gavisae fuerint, singularum cultui diligentissime prospiciens, animarumque salutem verbo et opere studiosissime procurans. In iis praesertim doctrinae christianaee catechesim iuniuria temporum vel prolapsam, vel imminutam, summis viribus restaurare conatus est. Synodus anno 1703 colligit, sanctisque legibus celebravit. *Novenalia sacra* divis Francisco Salerio et Philippo Nerio, quorum patrocinio nitebatur, composuit. Venerabilis sacramenti expositiones singulis diebus quadragesimae et in maiori hebdomada ad illius adorationem devota supplicantum agmina tum virorum, tum mulierum ex omni vico civitatis et alia pleraque pietatis officia instituit. Episcopales aedes vetustate squallidas et incomptas ingenti cum impendio reparavit et illustravit. Amplificando vero seminario elegantis ac magnificae structurae molem his temporibus erexit. Tenues episcopatus redditus per attentam curam et redemptionem plurimum, quae perierant, non modice adauxit. In propugnolis autem Ecclesiae iuribus et tuenda ecclesiastica immunitate, clericali disciplina et episcopatus honore, praedefunctis episcopis non feliciori tranquillitate regiminis, sed sollicitudinum exitu, quibus valebat ingenio, sedulitate, constantia, mansuetudine, tandem concreditam sibi ecclesiam enixe administravit et meliorem, quam

ELOGIA

acceperat, successori reliquit anno 1720. Haec omnia apud Ughelli in *Italia sacra*.

Bibliografia: F. UGHELLI, *Italia Sacra*, V, c. 169-170; G. CEVASCHI, *Somasca graduata*, p. 87-89; J. Cevascus, *Breviarium Historicum*, p. 13; G. MAZZUCCELLI, *Gli scrittori d'Italia*, II, 2, Brescia 1760, p. 731; F. MIARI, *Dizionario storico Bellunese*, Belluno 1843, p. 24; G. CAPPELLETTI, *Le chiese d'Italia*, X, Venezia 1854, p. 200; L. ALPAGO NOVELLO, *La vita di Giovan Francesco Bembo vescovo di Belluno (1694-1720)*, «Archivio Veneto», s. 5 III (1928), p. 277-355; A. DA BORSO, *Marco Ricci, notizie sulla sua vita e sul modo come morì*, «Arch.stor. di Belluno, Feltre e Cadore», I (1929), p. 66 n. 4; F. SNIEDERS, *Bembo Francesco Maria*, «Dictionnaire d'Histoire et de Géographie ecclésiastique», VII, Parigi 1934, p. 979; R. RITZLER - P. SEFRIN, *Hierarchia catholica medii et recentioris aevi*, V, a pontificatu Clementis PP. IX (1667) usque ad pontificatum Benedicti PP. XIII (1730), Padova 1952, *Bellunensis*, p. 117; M. TENTORIO, Mons. Francesco Bembo c.r.s., *Superiore dei Padri Somaschi nella Casa dei SS. Filippo e Giacomo a Vicenza*, «Rivista dell' Ordine dei Padri Somaschi», XXXII (1957), p. 160-165; XXXIII (1958), p. 27-32; M. TENTORIO, *Il seminario di Belluno e i Padri Somaschi*, «Somasca», IV, p. 34 ss; G. BENZONI, *Bembo Giovan Francesco*, «Dizionario Biografico degli Italiani», VIII, p. 123-124; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 332-337; BUZZATI, *Bibliotheca Bellunese*, Venezia 1890, n. 548, 556, 557, 560, 568, 645, 676; F. MIARI, *Cronache Bellunesi inedite*, Belluno 1865, p. 148-151, 159; AA.VV., *Il vescovo Bembo e i Somaschi*, «Quattrocento anni di vita del seminario di Belluno (1568-1968)», Belluno 1970, p. 45-53, 159-164, 271, 280, 283-284, 293; SILVINO DE NARDI, o. m. cap., *Belluno 1227*, «Sinodi diocesani Italiani 1534-1878», Roma 1960, p. 339.

JOANNES BERNARDUS POZZOLI

Professus Genuae 17 ianuarii 1678, moritur Romae 1729.

Joannes Bernardus Pozzoli, Genuensis, orator, vates, sophus et theologus, philosophiam Genuae ut tradidit, Romae in collegio

ELOGIA

tinum celebraret. Item Genuae 1700: *Orationem in parentalibus reverendissimi patris fratris Joannis Petri de Busto Capuccinorum generalis et Hispaniarum magnatis*, qui supremun diem clauerat in eo conventu beatissimae Conceptionis. Necnon *Orationem panegyricam in coronatione serenissimi ducis reipublicae Genuensis Laurentii Centurioni de anno 1716*, nec non et *Panegyrim in laudem beati Simonini pueri Tridentini*, dum apud celsissimum ac revendissimum Tridenti principem et episcopum concionaretur anno 1717.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 57-58.

PETRUS FRANCISCUS TORNIELLO

Professus Mediolani 12 octobris 1681, moritur Romae 1719.

Petrus Franciscus Torniello, Novariensis, 12 octobris 1681 Congregationem ingressus, stemmatis claritati virtutum splendorem adiunxit. Pluribus in collegiis praefuit praepositus, pluribus in nostris athenaeis emicuit rector peregregius, mox magister ad plures annos novitiorum Mediolani factus, morum gravitati vultus suavitatem novit amico foedere sociare. Patris Angeli Spinulae praepositi generalis fuit a secretis; scientiarum cultoribus gratissimus, quem virum omni laude dignum vocat Laurentius Patalon Venetus in sua praefatione ad opusculum, cui titulus: *Panegy-*

Bibliografia: M. GIUSTINIANI, *Gli scrittori liguri*, Roma 1667, p. 343-344; R. SPARANI, *Li scrittori della liguria e particolarmente della marittima*, Genova 1667, p. 155; A. OLDOINI, *Athenaeum ligusticum*, Perugia 1680, p. 333; J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 64-65.

JOANNES BAPTISTA DE FEDERICIS

Professus Genuae 1 maii 1681, moritur 1728.

Joannes Baptista De Federicis, e Spedia, in congregatione adscitus est anno 1681. Absolutis studiis humaniorum litterarum, subinde eloquentiae lector in collegio Clementino de urbe constituitur, ibique elegantissimis suis elucubrationibus famam non contemnedam sibi quaesivit; morum suavitate, indolisque facilitate omnium quibuscum agebat gratiam benevolentiamque nactus set. Monialium Coelestium Genuae pluries a confessionibus fuit, non nullarum nostrarum domorum rector Veliternani scilicet et Genuae in suburbio. Concionator non infirmae notae Albingae, Genuae, Tridenti, Veronae auditus est. Ex hac mortali vita eripitur anno aetatis suae 63 Genuae in collegio Sanctae Mariae Magdalena, dum dominicis diebus ea in ecclesia sermones pomeridianos haberet. Reliquit conciones quadragesimales manu scriptas; item evulgavit proelis Romanis 1694 *Opus academicum in laudem serenissimi Sylvestri Valerii ducis Venetiarum* et 1696 *Carmen saeculare*, dum annum a Clemente VIII fundatore centesimum Collegium Clemen-

Clementino ad 30 et ultra annos dogmaticae, canonico-moralis et scholasticae theologiae professor fuit, ubi etiam omnium ordinum vel amplissimorum admirationem et laudem ob eximiam suam eruditionem, doctrinam et eloquentiam nactus est. Huic viro cum tot tantisque scientiarum dotibus redundaret, simplicitas et rectitudo cordis eius contemptus in proelio fuere, ut de se usurpare posset, quod de Carolo Maria Maddio cecinit Stampa Epigramma 45, cant. 2:

«Sum sophus, orator, vates, morumque magister,
omnibus omnia sum, sed nihil ipse mihi».

Summam cum mentis altitudine animi humilitatem coniungens, omne tulisse punctum neminem latuit cum suavitate morum, ingenii felicitate, doctrinarum soliditate, leporum affluentia, uno verbo, utile dulci miscuerit. Raptus est Romae intra paschalia festa furtivo apoplexiae ictu sub anno 1729, aetatis suae 68.

Evulgavit communi Ecclesiae bono in tomos duos opus eximia eruditione praeclarissum, cui titulus: *Rationale Romani Pontificis gemmis, seu libris duodecim distinctum*. Primum volumen in folio, typis Romae editum anno 1716, continet sex libros seu tractatus Clementi XI sacros:

in I agitur *De Papatu Petri et monarchia ecclesiastica*;
in II *De successione Romani Pontificis eiusque perpetuitate*;
in III *De auctoritate et iurisdictione eiusdem et ad eum appellationibus*;
in IV *De notis Ecclesiae Romanae et papatus*;
in V *De Papa et Regibus*;
in VI *De Papa et Concilio*.

Secundum volumen, itidem in folio Romae cusum anno 1727, complectitur sex alios libros seu tractatus Benedicto XIII nuncupatos, videlicet: *ad rathe Romanum Pontificem perficiendum librum VII*; *De iudice controversiarum et infallibilitate Papae in quaestionibus iuris*.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 118-119; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile e pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 83, 92; A. CAPPELLINI, *Dizionario Biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1932, p. 103; A. STOPPIGLIA, *Statistica dei Padri Somaschi*, II, p. 140-144; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 216-220.

FRANCISCUS MARIA PASTORI

Professus Genuae 26 februarii 1679, moritur 1724.

Franciscus Maria Pastori, Genuensis, adolescens Congregationem ingressus, adeo in studiis profecit, ut in omni scientiarum genere versatissimus evaserit. Sexennio et ultra rhetoricae Albinganensi publico in liceo tradidit. Genuae in collegio Sanctae Mariae Magdalena, necnon Romae in collegio Clementino philosophiam, ubi et theologiam praelegit. In chimicis et mathematicis floruit, vir aeque religious ac doctus. Ultimis vitae sua an- nis Genuam redux Monialium coelestium Sanctissimae Incarnationis confessarius ordinarius eligitur, consultor et censor Sancti Officii, itidem examinator prosynodalis ab eminentissimo archiepiscopo cardinali Laurentio Hisco constitutus, in quibus muneribus ita se gessit, ut morum honestate et doctrinae praestantia omnium existimationem fuerit consecutus. Inter plura, quae scripsit, unice typis Romanis mandavit opus philosophicum tam ad veterum, quam ad modernorum mentem et placita elucubratum, cui titulus: *Universae philosophiae studia Papae Clementi XI sacra*, de anno 1701.

Bibliografia: J. CEVASCUS, *Breviarium historicum*, p. 110-111; O. PALTRINIERI, *Elogio del nobile pontificio Collegio Clementino di Roma*, Roma 1795, p. 103; G. SESTILI, *Il culto della filosofia*, «L'Ordine dei Chierici Regolari Somaschi», p. 196; A. CAPPELLINI, *Dizionario biografico di Genovesi illustri e notabili*, Genova 1941, p. 192; A. GRISERI, *Florilegio Somasco*, II, p. 197-199.

JOANNES BAPTISTA DE RUBEIS

Professus Ferrariae 8 maii 1579, moritur 1629.

Joannes Baptista De Rubeis, Genuensis, divinarum et humana- rum rerum sive sapientiae studiis addictus et deditus, in Congregatione incomparabilis ingenii et probitatis laudem consecutus est. Eius evulgata opuscula sunt: *De divinis officiis libri 4*, Placentiae 1608, in 4; item *Commentaria et questiones in universam Aristotelis Metaphysicam cum ordine rerum notabilium et singularium librorum argumentis*, Venetiis 1618, in 4; *In psalterium Romanum dispositum per hebdomadam ad formam breviarii Romani Pii V Pontificis Maximi commentaria*, ibidem 1627, in 4°; *Novum rationale divinorum officiorum iuxta breviarii, missalis et ceremonialis Romani recognitam editionem*, ibidem 1625, opus tum clericis tum sacerdotibus universis perutile et necessarium. Item vulgari lingua nonnulla prodierunt, nempe: *Compendio di tutta la logica secondo l'ordine e l'organo di Aristotele*, in octo libros: in 1° tractat de *Praedicabilibus*, in 2° de *Praedicationis*, in 3° de *Definitione et divisione*, in 4° de *Enunciatione aut interpretatione*, in 5° de *Syllogismo eiusque speciebus*, in 6° de *Syllogismo demonstrativo*, in 7° de *Loci seu fontibus argumentationis*, in 8° de *Elenchis*, ibidem 1618; *Meditazioni sopra la passione, morte e sepoltura di Gesù Christo*, ibidem, eodem anno; *Regola per le monache, nella quale si contiene il modo del viver spirituale e temporale*, extracta ab operibus divi Hieronymi ad Eustochium eiusque consorores, cui inseruit tres tractatulos de *confessione, indulgentiis et jubileo*, ibidem 1629, compendiose quidem sed satis ad doctissimi viri peritiam in theologicis et canonnicis studiis firmandam. De eo meminit Iustinianus de *Scriptoribus Ligusticis*. Obiit Mediolani in orphanotrophio divi Martini sub anno 1629 annorum gravis.